



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

105. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex dictis Augustini de
Sermone Domini in monte.*

C V. Apostolus Paulus dicit: *His qui sunt* 1. Cor. 7.
Burchard. lib.
9. c. 71 & a.
pud Gratian.
32. q. 7. c. 3.
in conjugio precipio, non ego, sed Dominus,
uxorem à viro non discedere, quòd si discesserit,
manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Po-
test enim fieri ut discedat ea causa qua Domi-
nus permittit. Aut si feminae licet virum dimit-
tere etiam præter causam fornicationis, quid
respondebimus de hoc quod dicit posterius, &
vir uxorem non dimittat. Quare non addidit,
excepta causa fornicationis, quod Dominus
permittit, nisi quia similem formam vult in-
tellegere, ut si dimiserit, quod causa fornica-
tionis permittitur, maneat sine uxore, aut re-
concilietur uxori. *Et post pauca:* Dominus au-
tem permittit causa fornicationis uxorem di-
mitti. Sed quia permittit, non iussit.

De eadem re. *Ex Capitularium lib. 1.
cap. XLIII.*

C VI. Ut nec uxor à viro dimissa alium ac-
cipiat virum vivente viro suo, nec vir aliam
accipiat vivente uxore priore. Lib. 1. Capi-
tular. c. 43.
Lib. 2. Leg.
Longob. tit.
13. c. 4.

De legitimis conjugis. *Ex dictis
Hieronymi.*

C VII. Tria legitima conjugia in scriptu- 36. q. 2. c. 2.
ris leguntur. Primum legitimum conjugium
est, virgo casta in virginitate viro data legiti-
me. Secundum, virgo in civitate deprehensa
à viro, & illi per vim copulata. Si voluerit pa-
ter ejus, dotabit eam ipse vir quantum judica-